HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS
Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 203v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

possumus superare peccata qui vivit
et regnat deus per omnia secula
seculorum Amen. Secundum Iohannem
Illo tempore dixit christus discipulis
suis Amen amen dico vobis
qui non intrat per ostium in ovile
ovium sed ascendit aliunde ille fur
est et latro. Qui autem intrat
per ostium pastor est ovium. Et cetera.
Verba domini leonis eiusdem
Sancti evangelii fratres. cum
illa recte intelligunt si ea
superioribus sunt simul requiramus
hec concordiam. Convenire enim de
bent auctoris ea sequentibus qui
veritas loquitur. in iudicium enim
veni in hunc mundum. venit
enim mediator dei et hominum in
iudicium in hunc mundum ut dis
cernendum nos hic doceret inter
malum et bonum. inter iustitiam et
in iustitiam. inter vitam et mortem
inter lucem ac tenebras. ut hac
discretione per eius gratiam prae
cepta ea que sunt iusta et deo
placata. cognoscere studeamus. Un
hinc dominus subnexuit. quod non
audistis. Amen dico vobis. qui non
intrat per ostium in ovile ovium.
ascendit aliunde ille fur est et
latro. Ego qui recta fide et sincera
veritate intrare nituntur ecclesiam
dei. oves christi dicit. Ostium autem
et pastorem. hic christum intelligere
debemus. ostiarium vero spiritum sanctum
ovile sanctam ecclesiam. furem vero
diabolum incusavit. hiquibus vobis
nos salubriter admonuit. multi
enim sunt. qui secundum consuetudinem
vite huius boni dicuntur. Et quod per
dest ipsa bonitas si non usque ipsum
quisque bonus est. Non autem omnis
spes. vera et recta venendi data
est. ut adipiscatur veram vitam ad
est christus et per fontem a spiritu
sancti gratiam. quam in baptismo
accepit conservando intraverit
in ovile christi quod est ecclesia vbi
fructum bonorum operum deo iugiter
ferre valeat. Quicumque autem ou
le intrare voluerit. intret per
ostium. credat christum vere esse dei
filium coeternum et equalem patri
in divinitate cum omnia secula
deque huic hominem esse. in fine
seculorum. christum amet. christum diligat
christi gloriam non suam quaerat
fur autem diabolus. ipse dei voluntati
contraria docet. et suggerit
mundi gloriam. non christi amare.
quere honores terrenos ambi
re carnis concupiscentias et
sequi. eiusque desideriis in omnibus
obedire. Contra vero. qui omni
christi primatum voluerit. hec omnia
contemnere atque abnegare debet. christum
quere eiusque precepta et voluntatem
omni devocione fideliter ad
implere. Deque subdatur. Qui
autem intrat per ostium huic ostia
rius aperit. quibus gentibus non ostia
aperit. nisi spiritus sanctus que
ostiarium dominum. qui dog nos
omnem veritatem. quia nisi per spiritum
sanctum gratiam non possumus christi
mandata. ne aure cordis in
telligendum percipere ne operibus ad
implere. Non enim dedignabitur
deus ipse spiritu suo sancto nos ostium
intelligentia aperire
si nos delectat ea quae novimus
et intelligimus mundo corde et
casto corpore operibus adimplere